 usq; ad sanguinem zacharie
 filij barachie. quem occidistis
 inter templum et altare. Am
 dico uobis. uenient hec om
 nia super generatione istam.
 Hierusalem iherlm que occi
 dis prophetas et lapidas eos
 qui ad te missi sunt. quonien
 uolui congregare filios tuos.
 quemadmodum gallina con
 gregat pullos suos sub alas.
 et noluit. Ecce. relinquetur
 uobis domus ura deserta. Di
 co enim uobis. non me uide

bitis amodo. donec dicatis.
 Benedictus qui uenit in no
 mine do
 mini. *off* *S*ed et tunc apo
 stoli stephanum le uita in ple
 num fi de et spiritu sancto quem
 lapidauit ruit iudei
 orantem et di centem domine
 ihc su ac cipe spiri tum
 meum a e via. *S e c.*

Suscipe dñe munera pro tuo
 rum commemoratione scōz.
 ut sicut illos fecit passio glo
 riosos. ita nos deuotio faci
 at innocuos. Per dñm. *Cō*
Video celos apertos et ihesum stan
 tem a dextris iustitias de i domi
 ne ihesu accipe spiritum me um

et ne statuas illis hoc pecca tum quia

nesciunt quid faciunt. **Post co.**
Aurilientur nobis dñe sump
ta myſteria. et intercedente
beato stephano martyre tuo
ſempiterna nos protectione
confirmetur. **Ps. s. Jobis apli. et c.**

In medio ecclesie aperuit os eius
et implevit e um dominus ſpiri
tu ſapientie et intel lectus stola

glorie induit eum. **Ps Bonum est**
confiteri domino et psallere nomi
ni tuo altissime. gloria. p. **Colh.**

Eccliam tuam dñe beni
gnus illustra. ut beati
iohannis euangeliste illu
minata doctrinis. ad dona
perueniat ſempiterna. Per
dum. n. **lc. liby ſapientie**

Qui timet deum. faciet bo
na. Et ^{que} continens est iusti
cie apprehendet illam. et ob
uiauit illi quasi mater hono
rificata. Cibabit illum pane
uite et intellectus. et aqua
ſapientie ſalutaris potabit il
lum. Et firmabitur in illo et
non flectetur. et continebit
illum et non confundetur.
et exaltabit illum apud pro
ximos ſuos. In medio ecclesie
aperuit os eius. et implevit
eum ſpū ſapientie et intellec
tus. et stola glorie induit eū.
Iocunditatem et exultatione
thesaurizauit ſup eum. Et
nomine eterno hereditabit
illum dñs deus noſter. **Ex**

Exit ſermo inter fra tres quod
dicit pulus il le non
mori tur. **Sed ſic cum**
uolo manere

do nec ueni ante tu me sequere.
Aeria.
 hic est discipulus il
 le qui testimonium per
 ber de his et scri
 rum est testimonium e
 uis.
Aeria.
 Virgo ro
 han nel ad o mmo est
 pre elatus et
 inter fratres magis dilec
 tus. **J**ohannes. v
Dixit ihc **scdm. joly.**
 petro. Sequere me. Conuer
 sus petrus. uidit illum di

scipulum quem diligebat
 iesus sequentem. qui et re
 cubuit in cena supra ped
 eius. et dixit. Dne. quis est
 qui tradet te. Hunc ergo
 cum uidisset petrus. dixit
 ihu. Dne hic autem quid.
 Dicit ei ihc. Sic cum uolo ma
 nere. donec ueniam. Quid
 ad te. Tu me sequere. Exi
 uit ergo sermo iste inter fra
 tres. quia discipulus ille n
 moritur. Et non dixit ei ie
 sus quia non moritur. sed
 sic cum uolo manere donec
 ueniam. quid ad te. hic est
 discipulus qui testimoni
 um perhibet de his. et scrip
 sit hec. Et scimus quia ue
 rum est testimo
 nium eius. **off** Iu stus ut
 palma flore bit sicut
 ce drus que in ly ba no
 est multiplica bitus

Suscipe munera dñe. que in
eius tibi sollempnitate dese-
rimus. cuius nos confidim⁹
patrocinio liberari. Per. d.

*E*xi et sermo inter fratres quod di-
scipulus ille non moritur et non
dixit ihesus non moritur sed sic
eum uolo manere donec ueniam.

*R*efecti cibo potuq; *Post co.*
celesti d's noster. te supplices
deprecamur. ut cuius hec
comemoratione perreperim⁹.
eius muniamur et precib;.

*E*x ore infantium *Sancti innocen-*
tium deus et lactentium perfecti-
um laudem propter inimicos tu-
os. *Ps* *U*isaine dominus no-
strum quam admirabile est nomen

tuum in uniuersa terra. *Collecta.*

*D*ñs cuius hodierna die pre-
conium innocentes mar-
tyres non loquendo sed mori-
endo confessi sunt. omnia in
nobis uicioꝝ mala mortifica-
ut fidem tuam quam lin-
gua nra loquitur. etiam mo-
ribus uita fateatur. *P. lc. lib*

*I*n dieb; illis. *apocalypsis iohis. a.*

*V*idi supra montem syon
agnum stantem. et cum eo
centum quadraginta qua-
tuor milia. habentes nomen
eius. et nomen patris eius
scriptum in frontibus suis.
Et audiui uocem de celo ta-
quam uocem aquarum mul-
tarum. et tanquam uocem
tonitruu magni. Et uocem
quam audiui. tanquam cy-
tharedoꝝ cytharizantium
in cytharis suis. Et cantabāt
quasi canticum nouum. an-
te sedem et ante quatuor ani-
malia et seniores. Et nemo

poterat dicere canticum. nisi
 illa centum quadraginta qua-
 tuor milia. qui empti sunt
 de terra. hi sunt qui cum
 mulieribus non sunt con-
 nati. uirgines enim sunt.
 hi secuntur agnum. quo-
 cumque ierit. hi empti sunt ex
 hominibus. primicie deo et
 agno. Et in ore ipsorum non
 est inuentum mendacium.
 Sine macula sunt ante thro-
 num dei.

Grad. Anima nostra
 cur patere cepta est de laqueo
 uenarum. Laqueus
 uis contritus
 est et nos libera tu su-
 mus adiutorium nostrum
 in nomine do-
 mini qui
 fecit celum et terram.

Lauda tibi cri-ste.

Te
 martyrum can-di datu-lau
 dat ex-er-tul do mi ne.

Y ill. **Angelus s. Mathiu.**

dn̄i apparuit in somnis io-
 seph dicens. Surge et accipe
 puerum et matrem eius. et
 fuge in egyptum. et esto ibi
 usq; dum dicam tibi. futu-
 rum est enim. ut herodes
 querat puerum ad perden-
 dum eum. Qui consurgens.
 accepit puerum et matrem
 eius nocte. & secessit in egyptum.
 et erat ibi usq; ad obi-
 tum herodis. ut adimple-
 retur quod dictum est a dño
 per prophetam dicentem. Ex
 egypto uocaui filium meū.
 Tunc herodes uident. qm̄
 illusus esset a magis. iratus
 est ualde. & mactans occidit
 omnes pueros qui erant in
 bechleem et in omnibus fi-

nibus eius. ab imatu et infra.
scdm tempus quod exquisie
rat a magis. Tunc adimple
tum est. quod dictum est p
hieremiam prophetam dice
tem. Vox in tana audita est.
ploratus. et ululatus. rachel
plorans filios suos. Et nolu
it consolari quia non sunt.

ost Anima no
stra si cur pas
ser crepta est de laqueo ue
nantium laque us contritus
est nos libera ti sumus.

Adesto dñe munerib; **Scm.**
innocentium martyrum tu
orum festiuitate sacrandis.
et presta ut eoz sinceritate
possimus imitari. quorum
tibi dicatam ueneramur
infantiam.

Lex. Comm. Vox in tana audi
ta est ploratus et ululatus rachel

plorans filios suos noluit consola
ri qui a non sunt. **Post co.**

Votua dñe dona petepimus.
que scoz nobis precibus. q̄s et
presentis uite pariter et eter
ne tribue conferre subsidiū. **E**

Omnium me dium **Domc. i. post**

silencia um tenerent omnia et tige
in suo cursu medi um iter habe

rex omnipotens sermo tuus do mi
ne de celis a regalibus sedibus

ue uir. **Ps** Dñs regnauit decorem
indutus est indutus est dominus
fortitudinem et precinxit se uirtute.

Om̄ip̄e sempiternae **Collecta.**
deus. dirige actus nostros
in beneplacito tuo. ut in no

mine dilecti filij tui. merita
mur bonis operibus habun
date. Per eundem. **Ad galathas.**

Frs. Quanto tempore he
res paruulus est. nichil dif
fert a seruo. cum sit dñs om
nium. sed subtritoribus et
actoribus est. usq; ad infi
nitum tempus a patre. Ita
et nos cum essemus paruu
li. sub elementis huius mun
di eramus seruientes. At u
bi uenit plenitudo tempo
ris. misit dñs filium suum
natum ex muliere. factum
sub lege. ut eos qui sub lege
erant redimeret. ut adopti
onem filioꝝ reciperemus. Quia
autem estis filij dei. misit de
us spm filij sui. in corda no
stra clamantem abba pater.
Itaq; iam non est seruus sed
filius. Quod si filius et heres
per dñm.

Grad. Spectiosus for
ma
pre fili is ho minum

diffusa est gratia
in labiis tuis.
Fructa uir cor me
uerbum bonum dico ego
opera mea a regis lingua
mea calamus scriba
uelo ceter scriben

tit. **Matth. 23.** Dominus frater
Matth. 23. Erant salin lucia
ioseph et maria mater ihu
mirantes. sup his que dice
bantur de illo. Et benedixit
illis symeon. et dixit ad ma
riam matrem eius. Ecce po
situs est hic in uiam et
in resurrectionem multoꝝ
in isrl. et in signum cui
contradiceat. Et tuam ipsi
us animam pertransibit

gladius. ut reuelentur ex mul-
 tis cordibus cogitationes. Et
 erat anna prophetissa filia
 phanuel de tribu aser. hec
 processerat in diebus multis.
 et uixerat cum uiro suo an-
 nis septem a uirginitate sua.
 Et hec uidua usq; ad annos
 octoginta quatuor. que non
 discedebat de templo. ieiuni-
 us et obsecrationib; seruiens
 nocte ac die. Et hec ipsa hora
 supueniens confitebatur do-
 mino. et loquebatur de illo
 omnibus qui expectabant
 redemptionem iherlm. Et
 ut perfecerunt omnia scdm
 legem moysi. reuersi sunt
 in galileam. in ciuitatem su-
 am nazareth. Puer autē cre-
 scbat et confortabatur. ple-
 nus sapientia. Et grā dei
 erat in illo. *off. Deus enim. f.*

Concede q̄s dñe. ut
 oculis tue maiestatis munus
 oblatum. et grām nobis de-
 uotionis obtineat. et effec-

tum beate perhennitatis acq-
 rat. *P. e.*

*Com. Tolle puerum et ma-
 trem eius et uade in terram iuda
 defuncti se-
 e nim qui quere bant animam pueri.*

Augeatur in nobis dñe *P. e.*
 q̄s tue uirtutis operatio. ut
 diuinis uegetati sacramentis.
 ad eoz promissa capienda.
 tuo munere preparemur. *P.*

P. uer natus est. In oct dñi. Coll.

Dñs qui nobis nati saluato-
 ris diem celebrare concedis
 octauum. fac. q̄s. nos eius ppe-
 tua diuinitate muniri. cui
 sumus carnali cōmercio repa-
 rati. Qui ut. *De. s. maria.*

Oñs qui salutis eterne beate
 marie uirginitate fecun-
 da. humano generi premia pre-
 stitisti. tribue q̄s. ut ipsam
 pro nobis intercedere sentia-
 mus. per quam meruimus
 auctorem uite suscipere. dños.

Epistola. **A**pparuit benignitas. *GR.* **V**iderunt. o. *Devia*

Di. es. s. *sequi.* **E**ia *recolam.* *S.*

Y ill. **P**ostquam *Lucam.* consummati sunt dies octo. ut circumcideretur puer. uocatum est nomen eius ihc.

Quod uocatum est in ange-
lo priusquam in utero con-
ciperetur. *off.* **T**ui sunt. *Secr.*

Presta q̄s omnipotens deus. ut per hec munera que dñi nostri ihu xpi archane na-
tuitatis mysterio gerimus. purificate mentis intelligen-
tiam consequamur. *P. alia.*

Muneribus nr̄is. q̄s. dñe preci-
bus q̄ susceptis. intercedente
beata dei genitrice *maria.*
et celestibus nos munda my-
sterijs. et clementer gaude. *P.*

Viderunt omnes. f. **P**ost *comm.*

Presta q̄s. dñe. ut quod sal-
uatoris nr̄i uerata sollemp-
nitate percepimus. perpe-
tue nobis redemptionis con-
ferat medicinam. *P. alia.*

*Deo nos communito q̄s dñe purget a crimine.
intercedente beata maria semper uirgine celestis
remedy faciat esse gloriosos. p. d. n.*

Da nobis q̄s domine. d̄s. no-
ster. ut qui natiuitatem
dñi nostri ihu xpi nos fre-
quentare gaudemus. dig-
nus conuersationib;. ad eius
meritum pertinere conso-

*rium. P. In uigilia epyphanie
iur. fulgebis. Ps. Dñs regnauit. diu.*

Corda nostra q̄s dñe uen-
tute festiuitatis splendor
illustret. quo mundi huius
tenebris carere ualeamus.
et perueniamus ad patri-
am claritatis eterne. *P. Ep.*

stola. **A**pparuit benignitas.

Benedictus qui. v. S. Matheum.

Y ill. **D**efuncto herode.
ecce angelus dñi apparuit
in somnis ioseph in egypto
dicens. Surge et accipe pue-
rum et matrem eius. et
uade in terram isrl. Defun-
cti sunt enim. qui quere-
bant animam pueri. Qui
consurgens. accepit puerum
et matrem eius. et uenit
in terram isrl. Audiens au-

tem quod archelaus regnaret
in iudea pro herode patre suo.
timuit illo ut. Et ammoni-
tus in somnis. scessit in par-
tes galilee. Et ueniens habi-
tauit in ciuitate que uoca-
tur nazareth. ut adimple-
retur quod dictum est per
prophetas. qm nazareus uo-
cabitur. *off. Deus em.* *Sicut*

tribue qs dne. ut eum pre-
sentibus immolemus sacri-
ficus. et sumamus. que uen-
tura sollempnitatis pia mi-
nera preloquuntur. *lex. d.*

Colle puerum et. os. Post conmi.
Illumina qs dne poplm tu-
um. et splendore gle tue cor-
eius semper accende. ut sal-
uatorem suum et incessan-
ter agnoscat. q ueraciter ap-
prehendat. Dnm nr̄m. ihm.

In die s̄o ad os 17 s̄ ad os.

ce aduenit dominator do-
mi nus et regnum in ma nu e

uis et potestas et impe rium. De-
us iudicium tuum regi da et iusti-
ciam tuam filio regis. Collecta.

Dñs qui hodierna die unige-
nitum tuum gentibus
stella duce reuelasti. concede
propicius. ut qui iam te ex
fide cognouimus. usq; ad con-
templandam speciem tue cel-
situdinis perducamur. *E eūde.*

Surge illumine *le. ysaię pphete.*
nare iherlm quia uenit lu-
men tuum. et gla domini su-
per te orta est. Quia ecce tene-
bre operient terram. et cali-
go populos. Super te autem
orietur dñs. et gloria eius
in te uidebitur. Et ambula-
bunt gentes in lumine tuo.
et reges in splendore ortus tui.
Leua in circuitu oculos tuos
et uide. om̄s isti congregati
sunt uenerunt tibi. filij tui
de longe ueniunt. et filie tue

te late surgent. Tunc uide-
 bis. et affluet et mirabitur.
 et dilatabitur cor tuum.
 quando conuersa fuerit ad
 te multitudo maris. fortitu-
 do gentium uenerit tibi. In-
 undatio camelorum operiet te.
 dromedarij madian et etha.
 Omnes de saba uenient. au-
 rum et thus deferentes. et lau-
 dem domini annunciantes. **6.**

Omnes de saba uenient

aurum et thus deferentes et laudem

domino annunciantes.

Surge et illumina

re iherusalem

in gloria domini super te

ortu est. **A**eria.

Vi diuisit stellam e-

uis in orientem

et uenimus cum mune-

ribus adorare dominum.

Cum natus **Secundum matthaeum**
 esset ihesus in bethleem iu-
 de in diebus herodis regis. et
 ce magi ab oriente uenerunt
 iherosolimam dicentes. Vbi
 est qui natus est rex iudeorum?
 Vidimus enim stellam eius
 in oriente. et uenimus ado-
 rare eum. Audiens autem
 herodes rex turbatus est. et
 omnis iherosolima cum illo.
 Et congregans omnes principes
 sacerdotum et scribas populi
 sciscitabatur ab eis ubi christus
 nasceretur. At illi dixerunt
 ei. In bethleem iude. Sic enim
 scriptum est per prophetam.
 Et tu bethleem terra iuda.
 nequaquam minima es in
 principibus iuda. ex te enim
 erit dux. qui regat populum

meum israhel. Tunc herodes
clam uocatis magis. diligen
ter didi cit ab eis tempus
stelle que apparuit eis. Et mit
tens illos in bethleem dixit.
Ite. et interrogate diligenter
de puero. Et cum inueneri
tis renunciate michi. ut et
ego ueniens adorem eum. Qui
cum audissent regem. abie
runt. Et ecce stella quam ui
derant in oriente antecede
bat eos. usq; dum ueniens
staret supra ubi erat puer.
Videntes autem stellam. ga
uisi sunt gaudio magno ual
de. Et intiantes domum.
in uenerunt puerum cum
maria matre eius. Et pro
cidentes. adorauerunt eum.
Et apertis thesauris suis ob
tulerunt ei munera. aurum
thys et mirram. Et respon
so accepto in somnis ne redi
rent ad herodem. per aliam
uiam reuersi sunt in regio
nem syria. *Offertorium.*

Reges tharsis et in syle mu ne

ra of se rent reges a ra bum et sa

ba do na addu cent et ad

ora bunt eum omnes re ges ter

re om nes gen tes ser ui ent e is

Ecclēsie tue q̄s dñe dona *sc̄.*
propicius intueri. quibus. n̄.
iam aurum. thys. et myr
ra profertur. sed quod eisdē
muneribus declaratur. imo
latur et sumitur. *Prefac.*

Quia cum unigenitus tuus.

Communicantes *ius. actione.*

et diem sacratissimum celebra
tes. quo unigenitus tuus. in
tua tecum gloria coeternus.
in ueritate carnis n̄re uisibi
liter corporalis apparuit. Sed
et meū.

Vidi mus stellam eius

in oriente et uenimus cum mi

ueri bus adorare domi num.

Presta q̄s omnipotens d̄s. *Pr. w.*

ut que sollempni celebramus officio. purificate mentis intelligentia consequamur. *℟.*

In oct. epyphanie. E. adu. ℟. w.

Ōs cuius unigenitus *colla.*

in substantia nr̄e carnis apparuit. presta q̄s. ut pereū quem similem nobis foris agnouimus. intus reformari mereamur. Qui tecū. *lett. ysa*

D̄s deus meus hono *u. yph.*

rificabo te. laudem tribuam nomini tuo qui facis mirabiles res. Consilium tuum antiquum. uerum fiat. Domine excelsum est brachium tuum. d̄s sabaoth. corona specque ornata est gl̄a. Exultet desertum. et exultent solitudines iordanis. Et populus meus uidebit altitudinem domini et maiestatem dei. et erit congregatus et relectus per deum. Et ueniet in syon

cum laude et leticia sempiterna. super caput eius lauset exultatio. Et aperiam in montibus flumina. in medijs campis fontes dirumpam. et terram sitientem sine aqua confundam. Ecce puer meus exaltabitur et eleuabitur. et sublimis erit ualde. hauriet aquas in gaudio de fontibus saluatoris. et dicetis in illa die confitemini d̄no. et inuocate nomen eius. Notas facite in populis uirtutes eius. cantate d̄no quia mirabilia fecit. annunciate hec in uniuersa terra.

I Dicit d̄ns omnipotens. *℟. w.* *Venit s. Mathew.* ih̄c a galilea in iordanem ad iohannem. ut baptizaretur ab eo. Iohannes autē prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari. et tu uenis ad me. Respondens autem ih̄c dixit ei. Sine modo. sic enim dicit nos

implere omnem iusticiam.
Tunc dimisit eum. Bap-
tismus autem ihc. confestim
ascendit de aqua. Et ecce
aperta sunt ei caeli. et uidit
sp̄m dei descendentem sicut
columbam. et uenientem
sup se. Et ecce uox de caelis di-
cens. hic est filius meus di-
lectus in quo michi cōplacui.

Hostias tibi dñe. pro **Sera.**
nati tui filij apparitione
deferimus suppliciter exorā-
tes. ut sicut ipse nr̄oz auc-
tor est munerum. ita sit
misericors et susceptor. ihc
xp̄c filius tuus dñs noster
qui tecū. **Post cōmunionē.**

Celesti lumine q̄s dñe semp
et ubiq; nos preueni. ut my-
sterium cuius nos partici-
pes esse uoluisti. et puro cer-
namus intuitu. q̄ digno
percipiamus effectū. **Per.**

Quic. i. post ep̄phaniā dñi.

In excelsis throno uidi se dere ui-

rum quem ado- rat multitudo
angelorum psallen- tes in uinum
et ex cuius impe- ri i nomen est
in eternum. **Ps** Jubilate domino
omnis terra seruite dño in leticia.

Vota q̄s dñe populi **Collecta.**
supplicantis celesti pietate
prosequere. ut et que agenda
sunt uideant. q̄ ad imple-
nda que uiderint conualescāt.
Per dñm. k. e. bi. p. a. ad rom.

R̄s. **O**bscuro uos per mi-
sericordiam dei. ut exhibe-
atis corpora ur̄a hostiam ui-
uentem. sanctam. deo placē-
tem. rationabile obsequium
ur̄m. Et nolite conformari
huic seculo. sed reformamini
in nouitate sensus ur̄i. ut
probetis que sit uoluntas dei
bona. et beneplacens. et per-
fecta. Dico enim per gr̄am q̄

data est michi. omnibus qui
 sunt inter uos. non plus sa-
 pere quam oportet sapere. s;
 sapere ad sobrietatem. Et uni-
 cuique sicut diuisit mensuram
 fidei. Sicut enim in uno cor-
 pore multa membra habemus.
 omnia autem membra non
 eundem actum habent. ita
 multi unum corpus sumus
 in christo. Singuli autem. alter
 alterius membra. In christo ihesu
 domino nostro. **Grad.**

Benedictus dominus deus israhel
 qui facit mirabili-
 a magna so- lus a
 se cu lo **Su**
 scripti ante montes pa-
 cem po- pulo tu o et col

let iusti clam.
Aevia. **S**ubi
 late de o omni ter ra ter
 ui te do mi no in leti ci
Cum **Lucā** factus esset ihesus anno a-
 rum duodecim. ascenden-
 tibus illis iherosolimam se-
 cundum consuetudinem
 diei festi. consumatisque die-
 bus cum redirent. reman-
 sit puer ihesus in iherkin. et
 non cognouerunt parentes
 eius. Existimantes autem il-
 lum esse in comitatu. uene-
 runt iter diei. et require-
 bant eum inter cognatos
 et notos. Et non inuenien-
 tes. regressi sunt in iherkin
 requirentes eum. Et factum
 est post triduum. inue-
 nerunt illum in templo se-
 dentem in medio doctorum.

audientem illos. et interro-
 gantem eos. St̄pebant au-
 tem omnes qui eum audi-
 ebant. super prudentia. et
 responsis eius. Et uidentes.
 admirati sunt. Et dixit ma-
 ter eius ad eum. fili. quid fe-
 cisti nobis sic. Ecce pater
 tuus et ego dolentes. que-
 rebamus te. Et ait ad illos.
 Quid est quod me quere-
 batis. Nesciebatis. quia in
 his que patris mei sunt oportet
 me esse. Et ipsi non in-
 telllexerunt uerbum. quod
 locutus est ad illos. Et de-
 scendit cum eis et uenit na-
 zareth. et erat subditus il-
 lis. Et mater eius conserva-
 bat omnia uerba hec. con-
 ferens in corde suo. Et ih̄c
 proficiebat sapientia. et eta-
 te. et gr̄a. apud d̄m et ho-

mines.
 iubilata te de o omni
 ra iubila

te de o omni ter
 ra seru te do mino in le
 tici a iura te in conspectu e
 nus in exultatio ne qui a do mi
 nus ip se est de us. *Sec̄da*

Oblatum tibi d̄n̄e sacrificiū.
 uiuificet nos semp et muni-
 at. *P̄. c̄.*

cōm. **F**ili quid fecisti nobis sic ē gō
 er pater tuus dolentes quereba
 mus te et quid est quod me quere
 ba tis nescieba tis quia in his que
 patris mei sunt oportet me esse.

Percipientes d̄n̄e glori *P̄. c̄.*
 oia myſteria. tibi referimus
 gr̄as. quos in terris posuit

iam celestium prestat esse parti-
cipis. *1^o & 6^o part. a.*
P. 1^o & 2^o. ad Romanos.

Frs. Scimus. quoniam quaecumque lex loquitur. his qui in lege sunt loquitur. ut omne os obstruatur. et subditus fiat omnis mundus deo. quia ex operibus legis. non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim. cognitio peccati. Hinc autem sine lege iusticia dei manifestata est. testificata a lege et prophetis. Iusticia autem dei per fidem christi ihesu. in omnes et super omnes. qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccatores. uirtutes. et egent gloria dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius. per redemptionem que est in christo ihesu. quem proposuit deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius. ad ostensionem iusticie sue. propter remissionem precedentium delictorum in sustentatione dei. ad ostensionem iusticie eius in hoc tem-

poris. ut sit ipse iustus. et iustificans eum qui ex fide est ihesu christi domini nostri. *secundum ysaia.* Vidit iohannes iohannem. nesciens ihm uenientem ad se. et ait. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. hic est de quo dixi. Post me uenit uir. qui ante me factus est quia prior me erat. et ego nesciebam eum. Sed ut manifestetur in israhel. propterea ueni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit iohannes dicens. Quia uidi spiritum descendente quasi columbam de celo. et mansit super eum. et ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua. ille michi dixit. Super quem uideris spiritum descendente. et manente super eum. hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi et testimonium perhibui. quia hic est filius dei. *secundum ysaia. iohannes.*

Cum audisset ihc
 quod traditus esset iohanne.
 secessit in galileam. Et relicta
 ciuitate nazareth. uenit
 et habitauit in capharna
 um maritima. in finibus
 zabulon. et neptalum. ut
 adimpleretur quod dictum
 est per ysaiam prophetam.
 Terra zabulon et terra nep
 talim. uia maris trans ior
 danem galilee. Gentium po
 pulus qui sedebat in tene
 bris uidit lucem magnam.
 et sedentibus in regione um
 bre mortis. lux orta est eis.
 Et exinde cepit ihc predica
 re et dicere. Penitentiam
 agite. appropinquabit enim
 regnum celorum. *Dom. ij. post*

epi phan.
 Omnis terra adorare te

de us et psal laz tibi psalmum di

cat no mini tu o al tisi me.

Subilate deo omnis terra psalmu

dicite nomini eius date glam laudi

Omnipote sempiternus
 deus. qui celestia simul
 et terrena moderaris. suppli
 cationes populi tui clementer
 exaudi. et pacem tuam no
 stris concede temporibus. *P.*

Res. Habentes *Ad roman.*
 donationes. scilicet gratiam
 que data est nobis differen
 tes. Siue prophetiam. scilicet
 rationem fidei. Siue mini
 sterium. in ministrando.
 Siue qui docet. in doctrina.
 Qui exhortatur. in exhor
 tando. Qui tribuit. in sim
 plicitate. Qui preest. in sol
 licitudine. Qui misertur. in
 hilaritate. Dilectio sine fi
 mulatione. Odientes malum.
 adherentes bono. Caritatem
 fraternitatis inuicem diligen
 tes. honore inuicem preue
 nientes. Sollicitudine non
 pigri. Spiritu feruentes. domino
 seruientes. Spe gaudentes.

in tribulatione patientes. Ora-
 tioni instantes. necessitatibus
 sanctorum communicantes. hospi-
 talitatem sectantes. Benedicite
 te persequentibus uos. bene-
 dicite. et nolite maledicere.
 Gaudere cum gaudentibus.
 flere cum flentibus. Idipsum
 inuicem sentientes. Non al-
 ta sapientes. sed humilibus
 consenti-

entes. **M**isit dominus uer-

bum suum et sanauit
 os et eripuit e-
 os de interitu eorum.

Confitean-

tur
 domino misericordie

uis et

inuitabilia eius filius ho-

minum. **A**e v. la.

Dominus regna-
 uit
 exultet terra leten-
 tur insule multe.

Nuptie s. Johem.

facte sunt in chana galilee.
 et erat mater ihu ibi. Voca-
 tus est autem et ihc. et di-
 scipuli eius ad nuptias. Et
 deficiente uino. dicit ma-
 ter ihu ad eum. Vinum non
 habent. Et dicit ei ihc. Quid
 michi et tibi est mulier.
 Nondum uenit hora mea.
 Dicit mater eius ministris.
 Quodcumque dixerit uobis fa-
 cite. Erant autem ibi lapi-
 dec hydrice sex posite. scilicet
 purificationem iudeorum.
 capientes singule metretas
 binas. uel ternas. Dicit ei
 ihc. Implete hydras aqua.
 Et impleuerunt. usque ad
 summum. Et dicit eis ihc.
 Haurite nunc. et ferte at-

chitrichino. Et tulerunt. Et
autem gustavit architrichi
nus aqua uinum factum.
et non sciebat unde esset.
ministri autem sciebant q
hauserant aquam. uocat spon
sum architrichinus. et dicit
ei. Omnis homo primum
bonum uinum ponit. et
cum inebriati fuerint. tunc
id quod deterius est. Tu au
tem seruasti bonum uinu.
usq; adhuc. hoc fecit in
cum signoz ihc in chana
galilee. et manifestauit glo
riam suam. Et crediderunt
in eum discipuli eius. **off.**

ubilate deo uniuersa ter
ra uubila
te deo uniuersa ter
ra psalmum di ci
te no mi ni e ius uenite

et audi te et narrabo uobis om
nes qui timetis deum quanta
fecit domi nus a
tunc me
Secreta

Oblata tibi dne hec munera
sanctifica. nos q; a peccatoz
nostroz maculis emunda. **f.**
Con dicit dominus implete hydrias a
qua et ferte architrichi no dum
gustasset architrichi us aqua ui
num factum di cit sponso serua
ti uinum bo num us q; adhuc
hoc signum fecit ihesus primum
coram discipulis suis. **Post conui.**

Respice dne propicius plebem
niam. et quam diuinit tri

ugeatur in nobis domine q's tue uirtutis opatio. ut diuinis uege
tati sacramentis ad eoz pmissa capienda tuo munere preparamur.

buis proficere sacramentis. ab
omnibus absolue peccatis. *P.*

Fe. ia. iiii. ad. Colosenses.

Frs. Audistis dispensatio
nem dei. que data est michi
in uobis. ut impleam uerbū
dei. mysterium quod abscon
ditum fuit a seculis et gene
rationibus. Hunc autem ma
nifestum est sanctis eius. quibus
uoluit d's notas facere diui
tias gl'ie sacramenti eius in gen
tibus quod est xpc in uobis
spes glorie. quem nos annun
ciamus. corripientes omnem
hominem. et docentes in om
ni sapientia. ut exhibeamus
omnem hominem perfectū.

In xpo ihu domino nostro.
H. ill. Regressus scdm. lucā.
est ihc. in uirtute spc in gali
leam. et fama exiit per uni
uersam regionem de illo. Et
ipse docebat in synagogis
et magnificabatur ab omni
bus. Et uenit nazareth ubi
erat nutritus. et intrauit

scdm consuetudinem suam
die sabbati in sinagogam.
Et surrexit legere. et tradi
tus est ei liber ysaie pphete.
Et ut reuoluit librum. in
uenit locum ubi scriptum
erat. Spc dñi sup me eo qd
unxerit me. euangeliza
re pauperibus misit me. sa
nare contritos corde. predica
re captiuos remissionē. et ce
cis uisum. dimittere contrac
tos in requiem. predicare an
num dñi acceptum. et diē
retributionis. Et cum plicu
isset librum. reddidit mi
nistro et sedit. Et omnium
in synagoga oculi. erant in
tendentes in eum. Cepit
autem dicere ad illos. Quia
hodie impleta est hec scrip
tura. in auribus uestris.
Et om̄s testimonium illi
dabant. et mirabantur
in uerbis gr̄e que procede
bant de ore ipsius. *Fe. vi.*
H. ill. Eggressus s. marci.

ihc uenit in patriam suam.
et sequebantur illum discipu-
li sui. Facto sabbato. cepit in
synagoga docere. Et multi au-
dientes. ammirabant in doc-
trina eius dicentes. Unde
huic hec omnia. Et que est
sapientia que data est illi.
et uirtutes tales. que per ma-
nus eius efficiuntur. Non
ne hic est fabri filius. et ma-
rie. frater iacobi. & ioseph.
et iude. & symonis. Non
ne et sorores eius hic nobiscum
sunt. Et scandalizabant
in illo. Et dicebat eis ihesus.
Quia non est propheta sine ho-
nore. nisi in patria sua. et
in cognatione sua. & in do-
mo sua. Et non poterat ibi
uirtutem ullam facere. ni-
si paucos infirmos imposi-
tis manibus curauit. Et mi-
rabatur propter increduli-
tatem illorum. *Omne. iij. Et*

*A*dorare deum omnes *Expp.*

angelus eius audiuit et letata est
et iherosolyma et iudaie runt filie iudee

Ps Dominus regnauit exultet terra le-
tentur insule multe. *Sta. p. Coll.*

*O*mne sempiternus deus in-
firmitatem nostram propi-
cius respicit. atque ad protegen-
dum nos dexteram tuam maie-
statem extende. *P. Ad roman.*

*F*ilius. Nolite esse prudentes
apud uosmetipsos. nulli
malum pro malo reddentes.
Prudentes bona. non tan-
tum coram deo. sed etiam co-
ram omnibus hominibus.
Si fieri potest quod ex uobis
est. cum omnibus hominibus
pacem habentes. non uosmet-
ipsos defendentes carissimi. s;
date locum ire. Scriptum est
enim. Michi uindictam. ego
retribuam dicit dominus. Sed si
esurierit inimicus tuus. ciba

illum. Si sitit. potum da illi.
Hoc enim faciens. carbonem
ignis congeres super caput eius.
Noli uinci a malo. sed uince
in bono malum. **Gradale.**

Timebunt gentes nomen tuum
domini et omnes reges terre
gloriam tuam. **Quoniam edificauit do-**
minus **tyon**
et uidebitur in maiesta-
te sua. **Uerba.**
Laudate deum omnes ange-
li eius laudate e-
um omnes uirtutes eius.
Hic. **Cum** **scdm. Marci.**
descendisset ihc de monte.

secute sunt eum turbe mul-
te. Et ecce leprosus ueniens. ad-
orabat eum dicens. Domine. si-
uis potes me mundare. Et
extendens ihc manum. teti-
git eum dicens. Volo. Mun-
dare. Et confestim munda-
ta est lepra eius. Et ait illi
ihc. Vide nemini dixeris.
sed uade ostende te sacerdoti.
et offer munus quod prece-
pit moyses in testimonium
illis. Cum autem introisset
capharnaum. accessit ad eum
centurio rogans eum et dicens.
Domine. puer meus iacet
in domo paralyticus. et ma-
le torquetur. Et ait illi. Ego
ueniam. et curabo eum. Et re-
spondens centurio ait. Domine
non sum dignus ut intres
sub tectum meum. sed tan-
tum dic uerbo. et sanabitur
puer meus. Nam et ego ho-
mo sum sub potestate con-
stitutus. habens sub me mi-
lites. Et dico huic uade. et

uadit. Et alio ueni. et uenit. Et seruo meo fac hoc. et facit. Audient autem ihc miratus est. et sequentibus se dixit. Amen dico uobis. non inueni tantam fidem in isrl. Dico autem uobis. quod multi ab oriente et occidente uenient. et recumbent cum abraham. et ysaac. et iacob in regno celoz. filij autem regni eiciuntur in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihc cetera. **U**ade. et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

et cetera
domini in te erit uir tu
tem dextera domini exalta
uit me non moriar sed uiuam
 et narrabo opera domini. **Sec.**
 et hostia dne qs emundet
 ma delicta. et ad sacrificiu

celebrandum. subditoz tibi corpora mentes q; sanctificet. **P.**

ad ill. ad ill. ad ill. ad ill. ad ill.
Mirabantur omnes de his que procedebant deo re de **P. co.**

Quot tantis dne largiris uti mysteris. qs ut effectib; eoz ueraciter aptare digneris. **P.**

R *sc. iij. ad timotheum.*
 me. fidelis sermo et omni receptione dignus. quia xpc ihc uenit in hunc mundum. peccatores saluos facere. quoz primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus su. ut in me primo ostenderet xpc ihc omne patientiam. ad informationem eoz qui credituri sunt illi in uitam eternam. Regi autem seculoz immortalis inuisibili. soli deo honor et gloria in secula seculorum. amen. **scdm. iohanne.**

Egrediens ihc uenit in galileam. et inuenit philippum. et dicit ei. Sequere

me. Erat autem philippus abeth
saida. ciuitate andree et pe
tri. Inuenit philippus nathana
nahel. et dicit ei. Quem scrip
sit moyses in lege et pphete. in
uenimus ihm filium ioseph
a nazareth. Et dixit ei natha
nahel. A nazareth potest aliqd
boni esse. Dicit ei philippus.
Veni et uide. Vidit ihc natha
nahel uenientem ad se. et di
cit de eo. Ecce uere israhelita.
in quo dolus non est. Dicit ei
nathanahel. Quid me nosti.
Respondit ihc. et dixit ei. Pri
usquam te philippus uocaret
cum esses sub ficu. uidi te. Re
spondit ei nathanahel et ait.
Rabbi. tu es filius dei. tu es
rex isrl. Respondit ihc. et di
xit ei. Quia dixi tibi uidi te
sub ficu credis. maius his ui
debit. Et dicit ei. Amen am
dico uobis. uidebitis celum
apertum. et angelos dei ascen
dentes & descendentes. supra
filium hominis. *Matth. vi.*

Matth. vi. **I**ll. *Circuibat s. Mathi.*
ihc totam galileam. docens
in synagogis eor. et predicās
euuangelium regni. et sanās
omnem languorem. et omnē
infirmiorem in poplo. Et
abijt opinio eius in totam
syriam. et obtulerunt ei om
nes malehabentes. uariis lan
guoribus. et tormentis cō
prehensos. & qui demonia
habebant. et lunaticos. et
paralyticos. & curauit eos.
Et secute sunt eum turbe
multe. *Matth. xij. Pp.*

Ds qui nos intan
tis periculis constitutos.
pro humana scis fragilita
te non posse subsistere. da
nobis salutem mentis et cor
poris. ut ea que pro peccati
nr̄is patimur. te adiuuan
te uincamus. *1. ad Roman.*

Frs. Nemiui quicquam
debeat. nisi ut inuicem
diligatis. Qui em̄ diligit
proximum. legem imple

ut. Jam non adulterabis.
 non occides. non furaberis.
 non falsum testimonium
 dices. non concupisces rem
 proximi tui. Et si quod est
 aliud mandatum. in hoc
 uerbo instauratur. Diliges
 proximum tuum. sicut teip-
 sum. Dilectio proximi. ma-
 lum non operatur. Plenitu-
 do ergo legis. est dilectio.
Ih. Ascenden *s. Math.*
 te ihu in nauiculam. secu-
 ti sunt eum discipuli eius.
 Et ecce motus magnus fac-
 tus est in mari. ita ut na-
 uicula operiretur fluctibus.
 Erat enim illis uentus con-
 trarius. Ipse uero dormiebat.
 Et accesserunt. et suscitau-
 erunt eum dicentes. Domine sal-
 ua nos. perimus. Et dicit
 eis. Quid timidi estis mo-
 dice fidei. Tunc surgens im-
 perauit uentis et mari. et
 facta est tranquillitas mag-
 na. Porro homines mirati

sunt dicentes. Qualis est hic.
 Quia uenti et mare obediunt
Concede q̄s om̄ip̄e d̄s. *Ser.* et
 ut huius sacrificij munus
 oblatum. fragilitatem nr̄am
 ab omni malo purget semp̄
 et munit. *P. Post commun.*

Munera tua nos d̄s a delectari-
 onibus terrenis expediant. et
 celestib; semp̄ instruunt alim̄
 tis. *P. Ps. iij. Ad romanos.*

Frs. Sicut per unius delictum.
 in om̄s homines in
 condepnationem mortis. sic
 per unius iusticiam in om̄s
 homines in iustificationem
 uite. Sicut enī per inobedien-
 tiam unius hominis peccato-
 res constituti sunt multi. ita
 et per unius obedientiam iu-
 sti constituētur multi. Lex
 autem subintrauit. ut ha-
 bundaret delictum. Vbi autē
 habundauit delictum super
 habundauit gr̄a. ut sicut re-
 gnauit peccatum in morte.
 ita et regnet gr̄a per iusticiā

inuitam eternam. Per ih̄m
xp̄m dominum nostrum.

¶ **Y** ill. **F**actum **sc̄lm lucam.**

I est cum illis in uia. dixit
quidam ad ih̄m. Sequar te.
quocūq; ieris. Et ait illi ih̄c.
Vulpes foueas habent. et uo-
lucres celi nidus. filius autē
hominis non habet. ubi ca-
put suum inclinet. Ait autē
ad alterum. Sequere me. Si
le autem dixit. Dñe. p̄mitte
me primum ire. et sepelire
patrem meum. Dixit ei ih̄c.
Sine. mortui sepeliant mor-
tuos suos. Tu autem uade.
et annuncia ^{regnu} uerbum dei.
Et ait alter. Sequar te dñe.
sed primum permittite michi
renunciare his qui domi s̄t.

Et ait ad illum ih̄c. Nemo
mittit manum suam in ara-
trum. et aspiciens retro ap-
tus regno dei. **sc̄m vi. c. Of-**
ferebant ih̄u paruulos. Reque-
re in sc̄m vi. ebdomade. v. p̄ pentec. dñe
post ep̄ phaniam dñi. Cott.

Familiam tuam q̄s dñe con-
tinua pietate custodi. ut
que in sola spe gr̄e celestis in-
uitatur. tua semp̄ protectio-
ne muniat. **¶. Ad colos.**

¶. sc̄m. Induite uos sicut elec-
ti dei. uiscera misericordie. be-
nignitatem. humilitatem. mo-
destiam. patientiam. subpor-
tantes inuicem. et donan-
tes uobismetipsis. Siquis ad-
uersus aliquem habet que-
relam. sicut et dñs dona-
uit uobis. ita q̄ uos facite.
Sup̄ omnia autē hec carita-
tem habete. quod est uinci-
lum perfectionis. Et pax xp̄i
exultet in cordib; ur̄is. in
qua et uocati estis in uno
corpore. Et gr̄ati estote. ut
uerbum xp̄i habiteet in uo-
bis habundanter. In omni
sapientia docentes et cōmo-
nentes uosmetipsos. in psal-
mis et ymnis. et canticis spi-
ritalibus. in gr̄a cantantes
in cordib; uestris dño. Omne

quodcumq; facitis in uerbo
aut in opere. omnia in no
mine dñi nr̄i ihu xp̄i gr̄as
agentes d̄o et patri. Per ie
sum xp̄m dñm nostrum.

Cum ang. Respondens ih̄c di
xit. Confitebor tibi pater ce
li et terre. *Requie in f̄z. iij. ebdo
made. v. post pentecost.*

Sec̄ R
Hostias tibi dñe placationis
offerimus. ut et delicta nr̄a
miseratus absoluas. et nu
tantia corda ad te dirigas.

Q̄s om̄ip̄t̄ deus. **Et comm̄t̄.**
ut illius salutaris capiam̄
effectum. cuius per hec my
stera pignus accepimus. **Et**

Dom̄e in
circumdederunt **Septuaḡ**

me gemitus mortis dolores infer

na circumde de runt me et in

tribulatione me a inuocau do

num et gaudiuit de templo

Sancto su o uo cem me am. **Ps̄ di**

ligam te domine uirtus mea dñs

firmamentum meum et refugium

Concede q̄s omni **Collecta.**

potens d̄s. fragilitati meum̄.
nr̄e sufficientiam cōpetentē.
ut sue reparationis effectum.
et pia conuersione retē
seat. et cum exultatione su
scipiat. **Et. l. e. b. p. a. ad corunt.**

Frs̄. Nescitis quod hi qui
in stadio currunt. omnes
quidem currunt. sed unus ac
cipit brauium. Sic currite.
ut cōprehendatis. Omnis au
tem qui in agōne contendit.
ab omnib; se abstinere. Et illi
quidem ut corruptibilem co
ronam accipiant. nos autē
incorruptam. Ego igitur sic
curro. non quasi in incertū.
Sic pugno. non quasi aërem
uerberans. sed castigo corpus
meum. et in seruitutem te

Preces ppli tui q̄s domine clementer audi.
ut qui iuste p̄ peccatis nr̄is affligimur. p̄ nom̄
nominis gl̄a misericor̄te liberemur p̄ dominū

digo. ne forte cum alius predica-
uerim. ipse tēpbus efficiat. No-
lunt enim uos ignorare fratres.
quā patres nostri omēs sub nu-
be fuerunt. et omēs mare tran-
sierunt. & omēs in moyse bap-
tizati sunt in nube et in ma-
ri. Et omnes eandem escam
spūalem manducauerunt.
et omēs eundem potum spūa-
lem biberunt. Bibebant autē
de spūali. consequente eos pe-
tra. Petra autem erat christus.

Ad uos in oportuni-
tate tribulatio-
nis ne sperent in
te qui nouerunt te quibnam
non derelinquis querentes
te domine. **Quo-**
niam non
in finem obliuio erit pauperis pa-

tiencia pau perum non perdit in
eter num exurge domine
non preuale at ho mo.

O de profundis clamaui **Tract.**
ad te domine domine
grau di uo cem me
am. **S**i autem aures tu e inten-
den tel in oratio-
nem ser u tu. **S**i
iniquitates obserua uerit do mi-
ne domine quis sustine-
bit. **Q**uia apud te pro-
pitiati o est et prop-
ter legem tu am susti nui

re do mine. **S. Oarhm.**

Hist. **D**ixit ihc discipulis
suis parabolam hanc. Simile
est regnum celoz homini pa-
trifamilias. qui exiit primo
mane conducere operarios in
uineam suam. Conuentio-
ne autem facta cum operari-
is ex denario diurno. misit
eos in uineam suam. Et egre-
sus circa horam tertiam. ui-
dit alios stantes in foro ocio-
sos et dixit eis. Ite et uos in
uineam meam. et quod iu-
stum fuerit dabo uobis. Illi
autem abierunt. Iterum au-
tem exiit circa sextam et nonam
horam. et fecit similiter. Cir-
ca undecimam uero exiit. et
inuenit alios stantes. et dicit
eis. Quid hic statis tota die
ociosi. Dicunt ei. Quia ne-
mo nos conduxit. Dicit illis.
Ite et uos in uineam meam.
Cum sero autem factum esset.
dicit dñs uinee procuratori

suo. Voca operarios et redde il-
lis mercedem. incipient a nouis-
simis. usq; ad primos. Cum ue-
nissent ergo qui circa undeci-
mam horam uenerant. accepe-
runt singulos denarios. Veni-
entes autem primi. arbitrati
sunt quod plus essent accep-
turi. Acceperunt autem et
ipsi singulos denarios. Et acci-
pientes. murmurabant ad-
uersus patremfamilias dicen-
tes. Hi nouissimi una hora
fecerunt. et parcs illos nobis
fecisti. qui portauimus pon-
dus diei et estus. At ille re-
spondens. uni eoz dixit. Ami-
ce. non facio tibi iniuriam.
Nonne ex denario conuenisti
mecum. Tolle quod tuum
est et uade. Volo autem et hu-
ic nouissimo dare. sicut et
tibi. Aut non licet michi qd
uolo facere. An oculis tuis
nequam est. quia ego bonus
sum. Sic erunt nouissimi
primi. et primi nouissimi.

Multa enim sunt uocati. pau-
ci uero electi.

Offertorium Bonum est confite-
ri domi no et psal lere no mi-
ni tu o altissime.

Sa.

Istende q̄s dñe. hostias fami-
lie tue. et quam sacrif mu-
neribus facis esse participē.
tribuas ad eius plenitudinē
peruenire. Per dñm nr̄m.

Cō Illumina faciem tuam super seruos

tuos et saluum me fac in tu a-

miseri cordi a domine non confun-

dar quoniam in uo ca ui te. **Ps. cō.**

Fideles tui d̄s per tua dona
firmemur. ut eadem et per-
cipiendo requirant. & querē-
do sine fine percipiant. **P. d.**

Ps. iii. ad uinculos.

Frs. Festinemus ingredi in
illam requiem. et ne in idip-

sum quis incidat increduli-
tatis exemplum. **V**iuus est enī
dei sermo et efficax. & pene-
trabilior. omni gladio auc-
piti. et p̄tingens usq; ad di-
uisionem anime ac spiritus.
Compagum quoq; et medul-
larum. et discretor cogitatio-
num. & intentionum cordis.
et non est ulla creatura in-
uisibilis in conspectu eius. Ad
quem nobis sermo. habenti-
tes ergo pontificem magnū
qui penetrauit celos ih̄m fi-
lium dei. teneamus confes-
sionem. Non enim habem⁹
pontificem qui non possit
compati infirmitatibus no-
stris. temptatum autē per
omnia pro similitudine ab-
sq; peccato. Adeamus ergo
cum fiducia ad thronum
gr̄e eius. ut misericordiam con-
sequamur. et gr̄am inue-
niamus in auxilio oportu-
no. Per ih̄m xp̄m domi-
num nr̄m. **S. cōm. orationum.**

y ill. **E**gressus ihc ibat per
 galileam. nec uolebat quem
 quam scire. Docebat autem
 discipulos suos. et dicebat il
 lis. Qm̄ filius hominis trade
 tur in manus hominū pec
 catorū. et occident eum. et
 tertia die resurget. At illig
 norabant uerbum. et time
 bant eum interrogare. Et
 uenerunt capharnaum. Qui
 cum domi essent. interroga
 bat eos. Quid in uia trac
 tabatis. At illi tacebant.
 Siquidem inter se in uia di
 sputaauerant. quis esset il
 loꝝ maior. Et residens. uo
 cauit duodecim. et ait illis.
 Siquis uult inter uos pri
 mus esse. erit omnium no
 uissimus. et omnium mini
 ster. Et accipiens puerū.
 statuit eum in medio eoz.
 Quem cum cōplexus esset.
 ait illis. Quisquis unum
 ex huiusmodi pueris rece
 perit in nomine meo. me

recipit. Et quicūq; me susce
 perit. non me suscipit. sed
 eum qui me misit. Qui ha
 bet aures audiendi audiat.

Ex. vi. scdm. mathem.

y ill. **F**actum est autē dum
 completentur dies assūptionis
 ihu. et ipse faciem suam fir
 mauit ut iret iheru. salem.
 et misit nuncios ante con
 spectum suum. Et euntes in
 traauerunt ciuitatem sama
 ritanoz. ut pararent illi. Et
 non receperunt eum. quia
 facies eius erat euntes iheru
 salem. Cum uidisset autem
 discipuli eius iacobus et io
 hannes. dixerunt. Dñe. uult
 dicimus. ut ignis descendat
 de celo. et consumat illos sic
 hebas facit. Et conuersus.
 in. repauit illos dicens. Ne
 scitis cuius sp̄t estis. filius
 enim hominis non uenit
 animas perdere. sed salua
 re. Et abierunt in aliud ca
 stellum. *Dñe. ij. in septuages.*

Exurge quare obdormis domine
 exurge et ne repellas in finem qua
 re faciem tuam auertis obliuisceris
 tribulationem nostram adhaere in
 terra uenter noster exurge domine
 adiuua nos et libera nos. **Ps. De**
 us auribus nostris audiuiimus patres
 nostri adnunciauerunt nobis. **Coll.**

Ds qui conspicias. quia ex
 nulla nra actione con
 fidimus. concede propicius.
 ut contra aduersa omnia
 doctoris gentium protectio
 ne muniamur. **P. l. c. b. p.**

Ps. Libenter. a. ad corinth.
Fufferitis insipientes. cu
 sitis ipsi sapientes. Sustine
 tis enim. si quis uos in serui
 tutem redigit. si quis deuorat

si quis accipit. si quis extollit.
 si quis in faciem uos cedit. Se
 cundum ignobilitate dico.
 quasi nos infirmi fuerim
 in hac parte. In quo quis
 audeat. in insipientia dico.
 audeo et ego. Hebrei sunt. et
 ego. Israhelites sunt. et ego.
 Semen abrahe sunt. & ego.
 Ministri xpi sunt. et ego.
 Ut minus sapiens dico.
 plus ego. In laboribus plu
 rimus. in carceribus habun
 dantius. in plagis supra mo
 dum. in mortibus frequen
 ter. A iudeis quinquies qua
 dragenas. una minus acce
 pi. Ter uirgis celsus sum. se
 mel lapidatus sum. ter nau
 fragium feci. Nocte ac die.
 in profundo maris fui. In
 itineribus sepe. Periculis flu
 minum. periculis latronu.
 periculis ex genere. pericu
 lis ex gentibus. periculis in
 ciuitate. periculis in solitu
 dine. periculis in mari.

periculis in falsis fratribus.
 In labore et erupna. in uigi-
 liis multis. in fame. et siti.
 in ieiunijs multis. in frigore
 et nuditate. Preter illa que
 extrinsecus sunt in stan-
 tia mea. cotidiana sollici-
 tudo omnium ecclesiarum.
 Quis infirmatur. et ego non
 infirmor. Quis scandaliza-
 tur. et ego non uiuor. Si glo-
 riari oportet. que infirmi-
 tatis mee sunt gloriabor. Ds
 et pater dñi nr̄i ihu xp̄i.
 scit qui est benedictus in secu-
 la. quod non mentior. *Diuisio.*

Damasci prepositus gentis
 arthe regis. custodiebat ci-
 uitatem damascenorum. ut
 me comprehenderet. Et per fe-
 nestram in sporta dimissus
 sum per murum. et sic effu-
 gi manus eius. Si gloria-
 ri oportet. non expedit q̄-
 dem. Veniam autem ad-
 uisiones. et reuelationes do-
 mini. Scio hominē in xp̄o

ante annos quatuordecim.
 siue in corpore nescio. siue ex-
 tra corpus nescio. ds scit. rap-
 tum huiusmodi. usq; ad ter-
 cium celum. Et scio huiusmo-
 di hominem. siue in corpore.
 siue extra corpus nescio. deus
 scit. qm̄. raptus est in para-
 disum. et audiuit archana
 uerba. que non licet homini
 loqui. Pro huiusmodi glori-
 abor. pro me autē nichil nisi
 in infirmitatibus meis. Nam
 et si uoluero gloriari. non
 ero insipiens. Veritatē enim
 dicam. Partem autem neq; s
 me existimet supra id quod
 uidet in me aut audit ali-
 quid ex me. Et ne magni-
 tudo reuelationum extollat
 me. datus est michi stimu-
 lus carnis mee. angelus satha-
 ne. ut me colaphizet. Prop-
 ter quod ter dñm rogavi.
 ut discederet a me. et dixit
 michi. Sufficit tibi gr̄a mea.
 Nam uirtus in infirmitate

perficitur. Libenter igitur
gloriabor in infirmitatibus
meis. ut inhabitet in me
uirtus

xpi. **S**ciant gentes quo

nam no men tu bi de us tu

so lus al tissimus

per om nem ter ram

Deus me us pone il lris ut ro

tam et fleat sti

pulam an te fa ciem

uen ti. **Trad** **C**ommunio

sti do mine

ter ram et con turbasti e

am. **S**a

na con tritio nes e us qui

a mo ta est **V**r fu

giant a facie ar

cul ur li be ren tur

elec ti tui. **scdm lucas**

H ill. **C**um turba plurima
conuenirent. et de ciuitati

bus properarent ad ihm. di
xit per similitudinem. Exi

it qui seminat. seminare
semen suu. Et dum seminat.

aliud cecidit secus uiam. et
conculcatu est. et uolucres

celi comederunt illud. Et ali
ud cecidit supra petram. et

natum aruit quia non ha
bebat humore. Et aliud cecidit

inter spinas. et simul ex
orte spine suffocauerunt

illud. Et aliud cecidit in ter
ram bonam. et ortum fe

cit fructu centuplum. hec
dicens clamabat. Qui ha
bet aures audiendi audiat.

